

1346.

Ex Libro Privilegiorum
Capit. Cracovę

243.

Rinerius Sortem suam, quam ha-
buit in Villa Luborrijera ex Suc-
cessione Paterna, Magistro Petro
Cantori Cracoviensi pro 40. Mar-
cis Pragensibus vendit, et resignat. 61
Quam venditionem Joannes Gro-
tonis Episcopus Cracoviensis ap-
probat.

In Nomine Domini amen. Quo-
niam ut docet experientia efficax re-
rum Magistra memoria perpetuat,
et contractus roborat remedium Scri-
pturarum. Quinde nos Joannes, Di-
vina et Apostolica Sedis providen-
dentia Episcopus Cracoviensis. Notum
facimus Universis et singulis pra-
esentium notitiam habituris. Quod
veniens ad presentiam nostram Ri-
nerius Rinerij sponte confessus
est et publice recognovit, se vendi-
disse totam partem et heredita-
tem suam, hereditatis et proprie-
tis quam habebat ex successione
Paterna juxta Villam nostram Lu-
borrijam medietatem omnium a-
gorarum, medietatem Pratorum,
medietatem molendini, aream

Domum

Donum, et hortum, piscinam vero to-
tam, et alias omnes utilitates quas
possedit, et tunc ibidem Honorabili viro
Magistro Petro Cantori Nostro Craco-
viensi, pro quadraginta maris gros-
sorum Wagensium, quadraginta octo
grossos pro qualibet marca coin-
putando, quibus dictis et propo-
sitis mox idem Rynerius deponens ca-
pucium suum ad manus nostras tra-
didit, renunciando omni proprietati Juri
et Dominio, quod habuerit haecenus
in eadem hereditate, nihil sibi vel
Pueris, aut Successoribus suis Juri et
Utilitatis in ipsa de cetero reverendo
Clemente Fratre suo. Uterino tunc
praesente, et his consentientibus ex-
presse, qui pro se aliam medietatem
tenere obtinet in dicta villa heredi-
tate omnium praedictorum, praeter
Piscinam. In qua et ad quam praeser-
tius Rynerius dixit ipsum Clementem
tenere, nullam Jus vel utilitatem ha-
bere, et in signum hujusmodi ven-
ditionis, et Renuntiationis, Donum
Rynerius dedit, et praesentavit ei-
dem Cantori quoddam Privilegium
Fulconis Episcopi Cracoviensis pro
decessoris

decessoris nostri, super dicta hereditate
 confectum. Nos autem venditionem,
 et emptionem, ac renuntiationem pre-
 dictas, ratas, et gratas habentes autho-
 ritate nostra approbavimus et approba-
 vimus in his scriptis, signantes et assi-
 gnari mandantes memorato Cantori
 Omnium principum, et aliorum,
 quic presentem Dynenius vel Drogeni-
 tores sui ibidem tenuerunt, et ha-
 buerunt, professionem Corporalem, qui-
 bus propositis, et expeditis, dictus
 Cantor in eodem loco, coram nobis
 Dictam Pecuniam XI. marcarum
 grossorum Dragensium, prenominato
 Dynenio in quodam Sacco tradidit, et
 assignavit, quam ipse Dynenius reci-
 piens ad manus proprias dixit, et
 recognovit jam se habere, sibi que nu-
 meratam et solutam integraliter
 et complete per dictum Cantorem
 totam summam et quantitatem
 pecunie, pro hereditate supra di-
 cta, juxta Ordinationem habitam
 inter ipsos, In quorum testimonium
 et memoriam perpetuam, nos ad
 petitionem ipsius Cantoris, pre-
 sentem literam, seu Instrumentum

per

per Theodoricum Notarium Publi-
cum tibi scribi mandavimus, et no-
stri appensione sigilli manire. Actum
et Datum Cracoviae. Anno Incarnacionis
Anno Domini. Millesimo Trecentesi-
mo quadragesimo Sexto. Presentibus
hominibus ac discretis viris Do-
minis, Jacobo Scolastico Cracoviensi,
(Clemente Custode) Vratislaviensi,
(Nicolaus Custode) Cracoviensi, Frando-
ta Preposito Scarbinuriensi, Joanne
Archidiacono Sandomiriensi et (Cano-
nicis Cracoviensibus. Petro Scolastico
Wislicieni, Gregorio Rectore) Eccle-
siae Woyniensis. Alivska Procurato-
re nostro Staroboviensi, Joanne De
Olichow Altarista Ecclesiae nostrae
Cathedralis Magistro, Joanne Ho-
spitalis Sancti Spiritus in Cracovia,
et aliis pluribus fide dignis.